


Cereuisiarius. Der Bierbreuwer.

Sint procul à doctis Zythi maledicta Poëtis
Pocula, nutritur quodlibet unde scelus.
Nonsalis in toto gerit unquam corpore micam,
Qui vehit hunc potum laudibus astra super.



Qui Cereri succos odiosos addere primus,
Et violare merum dulcius ausus erat.
Huic irata Ceres fuit, huic iratus Iacchus:
Humor enim cerebro perniciosus obest.
Debilitatq; pedes, iacit horrida semina lepræ,
Omnibus extremi Zythus origo mali.

Vinitor.